

delinquentis arguatur, tunc delictum seu maleficium accipiendum sit verum: si alia qua culpa; delictum quasi.
 ut ex §. 1. & 7. h.t. §. v. tit. seq. & collatione pr. infr. de obl.
qua ex quasi del. nasc. cum l. filius fam. 15. ff. de judic. par-
get. Item, quod etiam vera delicta, hic accipienda sint non
qualiacunque, sed tantum privata. ex quibus nempe con-
tra privatum commissus, actio soli private eompeere potest
ad commodum ipsius actoris pecuniarium, qua actio dici-
tur civilis: vel ad vindictam, proutilitate publica, qua
actio dicitur criminalis extraordinaria, sed itidem priva-
ta: fac. l. ult. ff. de priv. del.

II. Definitio furti: tūm quo ad rem: tūm quo ad nomen.

§. 1. Furtum est contrectatio & fraudulosab,
 lucri faciendi gratiā, vel ipsius rei c, vel eti-
 am usus ejus, posses-
 sionisve, quod lege na-
 turali prohibitum est
 admittere.

tractatur, habetur & usurpatur quād debet. l. possideri. 3.
 §. si rem apud te. 18. ff. de acq. poss. & §. 6. h.t.

b) quia sine affectu furandi furtum non fit. §. 7. h.t. Re-
 quiritur autem, ut affectus iste directus sit ad ipsam con-
 tractationem, seu ad se-tractationem; quod sequentia verba,
 lucrifaciendi gratiā, declarant. Qui enim alio fine con-
tractat, is non furtum, sed pro ratione finis, delictum aliud
committit. l. verum. 39. & l. qui injuria. 53. ff. de furt.

c) Hac, & sequentia, accipi possunt, tūm ratione ejus
 cui furtum fit, tūm ejus qui furtum facit. Si enim fur sit
 istā intentione, ut ipsam rem pleno jure sibi habeat, sim-
 pliciter ipsius & toris rei furtum facere dicetur: idque
 domino, si res pleno jure p̄nes dominum fuerit: Sin alius
 usum fructum rai habuerit: vel bona fide gam posiderit:

tunc